



# DE NATURA THERMARUM.



Vam magnificata sunt operata Domine, omnia Ps. 104.  
enim sapienter fecisti: impleta est terra possessione  
tua. D ante te colligent; aperiente te manum  
tuam, omnia implebuntur bonitate. Avertente  
te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum  
et deficient et in pulvorem suum revertentur;  
emittes spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terrae.  
Sit glori. Domini in seculum: letabitur Dominus in operibus suis.

Liceat mihi, Magnifice Dn. Rector, &c. liceat mihi ver-  
bis Psalmistę dissertationis initium facere & ab exclamatione  
divinæ laudis exordiri. Dum enim universam Naturam  
ntueor & pro more præsentis actus Panegyrici, quoddam  
argumentum ab instituto nostro non alienum feligere co-  
vor, quo me cunque verto, quam cunque viam ingredior,  
quorsum aspicio, nihil invenio cui non luculenta, manife-  
staque divinæ majestatis exempla per quam plurima in-  
sint, quod etiam in rebus minimis, quas non raro sensus  
noster aspernatur ac respuit, animadvertisimus, vel unico et  
iam Araneo teste, cuius genus aliquod Philosophus σοφῶτας  
πεχυκώτας, sapientissimum & artificiosissimum nomi-  
nat, quod filis quoque versus distensis texendo stamina du-  
cit, & repositorium accubile sibi constituens atque in ope-  
ris sui medio venationem exercens, instar militis succētu-

Nihil in na-  
turam  
abiecdum,  
quin in in-  
toris poten-  
tiam et ma-  
iestatem in-  
nuat.  
lib. 9 de hist.  
an. cap. 39.

B riatij